

INDEX CAPITVM HVIVS TRACTATVS.

C A P V T. I.

DE quadruplici Testamenti Perfectione secundum *Baldum* in leg. i. ff. de testam. & de recta divisione *Immolæ* in Perfectione voluntatis, & perfectionem solemnitates, & de præcipua, quæ resultat ex voluntate perfecta testatoris, qua deficiente licet ritè, & solemniter conditum invalidum sit testamentum. Et de utilitate huius tractatus, atque Authoribus illum exornantibus.

C A P V T. II.

De perfectione testamenti tam ratione voluntatis, quam ratione solemnitatis, ut de iure communi valeat testamentum, & de rationibus vtriusque perfectionis; & vtrum ex minus solemnitate testamento oriatur obligatio naturalis, & qui sint illius effectus.

C A P V T. III.

De testamento perfecto ratione voluntatis, & imperfecto ratione solemnitatis, cœpto scilicet, & non completo ob impedimentum testatori superveniens an valeat, & sustineatur, & solemnitas suppleatur ad *Iavoleni* responsum in l. si quis cū testamentum, 25. ff. de testamentis, cuius decisio ex pluribus exornatur maximè ex l. 11. tit. 3. part. 6. cum additione *Celsi*, reiecta superadditione *Peralta* in lege si quis in principio testamenti, n. 46. ff. de legat. 3. Et vtrum de iure Regio dispositio dictæ legis si quis cum testamentum sit mutata aut alterata.

C A P V T. IV.

De testamento non completo, perfecto ratione voluntatis, an rumpat primum perfectum, & soleme ad legem 23. tit. 1. part. 6. Et vtrum concedatur remedium legis final. C. de edicto *Div. Hadriani* heredi instituto in non completo testamento voluntatis tamē ratione perfecto.

C A P V T. V.

De testamento imperfecto ratione voluntatis minime sustinendo, nec quo ad perfectè disposita, & quid si contineat clausulam codicillarem, & vtrum legata in eo scripta valeant de iure Regio, & de interpretatione legis iubemus, C. de testamentis cum lege si quis cum testamentum, 25. ff. de testamentis.

C A P V T. VI.

De testamento ad pias causas imperfecto ratione voluntatis an

va-

I N D E X.

valeat saltem quo ad disposita favore piæ causæ, & quæ solemnitas in ipso requiratur, & vtrum dispositio textus in cap. cum esset, & in cap. relatum de testamentis procedat tantum in terris Ecclesiæ, & favor piæ causæ an sit maior favore liberorum, & de alijs privilegijs causæ piæ. Interpretatur textus in lege in testamēto, ff. de fideicom. libertat. Et textus in cap. quicumque 27. q. 4. Et textus in l. final. ff. de rebus eorum. Et an testamentum imperfectum probet voluntatem defuncti, & an factum ad pias causas rum patitur incisione linorū, & de anima hærede instituta, & de alijs dubijs piæ causæ.

C A P V T. VII.

De testamento inter liberos imperfecto ratione voluntatis an favore liberorum sustineri valeat ad legem final. C. familiæ erciscendæ, & vtrum iure Regio ex decisione legis, 3. Tauri requiratur in illo eadem solemnitas, quæ requiritur in testamento inter extraneos, & an schedula in arca reperta manu testatoris scripta inter liberos sustineri debeat, & ex quibus cognoscatur perfecta vel imperfecta.

C A P V T. VIII.

De melioratione alicui ex liberis facta in testamento imperfecto ratione voluntatis an valeat, & quid si imperfectum fuerit ratione solemnitatis, & vtrum privilegium testamenti inter liberos procedat tantum facta inter eos a quali bonorum divisione, & remissive quid si liberi non sint in potestate parentum, aut sint naturales, aut spurij.

C A P V T. IX.

Quando dicatur testamentum imperfectum ratione voluntatis, & an presumatur perfectum, vel imperfectum, & quid si testator dum condit testamentum reservat aliquid expressum in aliud tempus, & postea non exprimit, & quando de testamento facta est scriptura ex quibus clausulis, & coniecturis perfectum dignosci possit, & ex quibus imperfectum.

C A P V T. X.

An sit imperfectio voluntatis cum testator tutores in testamento nominare voluit, & substitutiones adiçere decrevit, & ob impedimentum supervenientis non fecit, & de quibus heredibus loquatur *Iavolenus* in lege si quis cum testamentum, 25. ff. de testamen-
tis quando de secundis hæredibus mentionem facit.

CA-

I N D E X.

C A P V T. XI.

An sit imperfecta voluntas, & testamentum ratione voluntatis imperfectum, cum ad scripturam fuisse testator conditiones institutioni, sive alijs rebus iam dispositis, & non adscriptis ob impedimentum, & de interpretatione textus in lege quoties 9. §. tandem, ff. de hæredis instituend. cum lege si testamentum, 8. C. de institut. substitut.

C A P V T. XII.

An ob destinationem legati non adieci in testamento dicatur imperfecta voluntas testantis ad tradita per Antonium de Ayora de partitionib. 3. part. quæst. 24. num. 70. cuius resolutio convinetur, & multis exornatur communis opinio.

C A P V T. XIII.

De voluntate testantis testibus declarata, & manifestata, utrum propter vocationem notarii sit imperfecta, cum decedat testator ante quam veniat notarius, ad tradita per Oldradum conf. 119. disputatur questio hec difficilis, & pluribus contra Oldradum resolvitur.

C A P V T. XIV.

De lectione testamenti, & publicatione illius coram testibus, an ea deficiente imperfecta dicatur voluntas testantis, & imperfectum testamentum ratione voluntatis in casu quo ob impedimentum supervenientia testatori testamenti scriptura non fuit legitæ nec publicata, & quid si testator in scriptis, & non in alia forma testari voluit, aut destinavit quod sua dispositio legeretur coram notario, & testibus, aut quando distulit publicationem facere in aliud tempus, & interim decessit, & an presumatur in dubium testamentum lectum, & publicatum, & quid importet clausula actu coram me, & testibus.

C A P V T. XV.

De testamento in scriptis invalido, an sustineri possit ut nuncupativum, & quid si ob impedimentum supervenientia non potuit perfici, traduntur plures casus, & novæ, & utiliter examinatur disputatio.

C A P V T. XVI.

De perfectione, & imperfectione voluntatis testibus probanda ad valorem, vel ad destructionem testamenti, quæ probatio requiratur, & quid testes deponere debeant, & an in verbis formulis

I N D E X.

libus testatoris debeant concordare, & ex quibus deliberatio animi probetur, & quid de verbis perfuctorij, locosis, & adulatorijs.

C A P V T. XVII.

An quibus cumque verbis conditum possit testamentum, & utrum verbum *volo* in ultimis voluntatibus inducat dispositionem, & quid de verbis enunciatis, & an hæredis institutio non solum verbis expressis, sed, & conjecturis, & præsumptionibus possit induci, & quibus verbis hæredis institutio possit designari ad legem 6. tit. 3. part. 6.

C A P V T. XVIII.

An testamentum sit perfectum quando hæredis institutio facta est per relationem ad aliud, ut si testator dixerit velle sibi hæredem esse eum, quem scripsit in privata schedula suo nomine, & chirographo signata, quam reliquit apud honestum virum vel in certo, & determinato loco, & quomodo manu testatoris fuisse scriptam possit probari.

C A P V T. XIX.

Ad nutum an fieri possit hæredis institutio, & testamentum, & in quibus casibus dispositio nutu facta valeat.

C A P V T. XX.

De testamento facto ad interrogacionem alterius, & de captatoria voluntates disputatur pro utraque parte controversi, & defenditur Glossa in l. iubemus, C. de testamentis ad cuius exornationem multa notantur.

C A P V T. XXI.

De ampliationibus, & limitationibus ad Glossam in legè in be-
mus, C. de testamentis, & de suspicione falsitatis, de suggestione, de
furore, de metu, de testamento facto à moribudo, & de alijs quæ
à Doctoribus latissime scriptæ sunt, sic tam embitter, & incom-
pendium reducuntur nova methodo, & faciliori.

C A P V T. XXII.

De numero, & qualitate testium ad probandam perfectionem vel imperfectionem voluntatis testantis, & ad probandam voluntatem ex testamento excepto, & non completo ob impedimentum, & remissive in quibus casibus propter necessitatem numerus testium iure requisitus minuatur, ut de testamento facto in Rure, & in bello, & tempore pestis, & de alijs.

CA: